

gentes. Et profecto crederem ideo Baptis-  
tiam dixisse. Ne dicatis intra vos, Patrem ha- *Mat. 3.*  
bemus Abraham. Dico enim vobis, potens  
est Deus de lapidibus his suscitare filios A-  
brahae. Et forsan id voluit Virgo sacra, cum *Luc. 1.*  
dixit. Esurientes impleuit bonis, diuites  
dimisit inanes. Nam Gregorius docuit nos, *Gregor.*  
per diuites Iudeos intelligere: atque adeo  
per esurientes, Gentiles.

*ET* dixi ad eos, Si bonum est in oculis ve-  
stris, afferte mercedem meam: & si non, qui-  
escite. Cum hæc verba meditatius expendo,  
cogor intelligere, Sanctos illos, qui paupe-  
res græcis dicti nūc sunt, Christum sollicitè  
rogasse, ne desereret, sed potius pascere gē-  
tem Iudeam. Quibus respondet Christus, Si  
bonum vobis videtur, ut ego pascam, afferte  
mercedem laboris. Si non assertis, definite  
deprecari. Siquidem tam per uicacem & re-  
bellem pascere gregem, ingentis est labo-  
ris, atque ideo ingens præmium meretur.  
Et appenderunt mercedē mēā triginta argen-  
teos. idest, dum Christus cum viris pij tra-  
ctat de mercede partionis, en aliunde Phari-  
sei, & reliqua Synagoga emit Christum à Iu-  
da. *Mat. 26.* 30. argenteis. Nam principes Sacerdotum  
& magistratus, ac proinde totus populus, cu-  
ius illi vices habebant Christum eo pretio  
emerunt à iuda.

*Et* dixit Dominus ad me, Projice illud ad Sta-  
tuarium. Decorum pretium, quo appretiatus  
sum ab eis. Fuit tam immane flagitium Chri-